



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

Regvla LXIII. Exceptionem objiciens non videtur de intentione adversarii  
confiteri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

## REGULA LXII.

Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.

**C**onvenit cum l. Consilii 47. D. h. cit. Et ratio est; nam liberum cuique est apud te explorare, an expediatur sibi consilium, l. 2, in fine D. Mandati. Deinde iniquum esset consulenti damnosum esse officium suum, l. Sed si quis 7, D. Quemadmodum test aper. Præterquam, si ego alteri consulem, ut Titio (et sic certæ personæ) pecuniam cederem, alias non facturo tenebor enim mandati actione, §. tuat tantum vers. & adeo Inst. Demandato, & l. Si remunerandi 6. §. si tibi mandavero D. Mand. ad similitudinem fidei iussionis Contius ad 4. §. tuat tantum in notu. Vel si fraudulentum consu-

lum alteri submitterem, in me competit actio de dolo, juxta hanc regulam, in d.l. Consilii D. cod. Planè & in Adversarij receptum est, ut si is per imperitiam Magistratui aliter consulat quam oportet, ipse teneatur, per text. in l. 2, D. Quod quisque juris, quemadmodum & medicus, si per imperitiam peccaverit, l. Illicitas 6, §. secuti D. De officiis l. idem 8, in princ. D. Ad leg. Aquil. Sed hoc ideo, quod uterque in culpa sit. Quippe nemo affectare debet id, in quo vel intelligit, vel intelligere debet iurisfirmitatem suam alii periculosam futuram, d. idem circa fin.

## REGULA LXIII.

Exceptionem objiciens non videtur de intentione adversarii confiteri.

**R**egula huic translata est ex cap. 6, Ext. De except. & consentit cum Marcelli responso in l. Non usque 9, D. De except. Exempli loco sic, si petenti debitum reus convenitus objiciat solutionem, vel pactum de non petendo, vel aliam exceptionem; non enim idcirco reus confitterat debitum præcessisse: aut si rei vendicatio ne convenitus excipiat se eandem rem ab auctore, donationis, permutationis, aut simili titulo accepisse. Nec enim inde inferendum est, auctorem ante dominum suisse, per hanc reg. nostram. Ratio in eo consistit, quod exceptione non alia mente objicitur a reo, quam ad excludendam auctoris intentionem, non ad eam fundandam. Non igitur conterarium effectum operari debet exceptio: actus cuius nostri (dici solet) non operantur ultra in-

tentionem nostram, ex l. Non omnia 19, in princ. D. Sunt cert. perat. Neque in dubio credendus est reus, eam viam sibi eligere voluisse, ut seipsum impugnaret & adversarij juvaret, arg. l. 3, D. De milite. testam. Huc revocatur illa quæstio, An qui hominem defendendis sui causâ se occidisse faceretur, homicidium ei ipso confiteatur, & tamquam homicida plectendus sit, si defensionem non probet? Quod certè non videtur, si exequitatem regulæ nostræ sequamur. Vide Dec. & alios, ad c. 6, Ext. De except. Omnia tamen utilissimum erit, si reus exceptionem suam conditionaliter objiciat, dicendo: Nego me tibi debere, sed si debui solvi tibi, & ita in ceteris; ut hac ratione oneretur adversarius ad probandam intentionem suam, per text. in l. Si quidem 9, Cod. De except.

## REGULA LXIV.

Quæ contra ius sunt, debent utique pro infectis habeti.

**H**uc pertinent, quæ supra retulimus, ad cap. Non firmatur & ad cap. Non prestat supr. eod. Adeoque obtinet hæc Regula, etiam si simpliciter à iure quid prohibitum sit, nulla adjecta clausula (ut loquuntur) derogatoriæ vel annullativæ actus, per text. in l. Non dubium 5. C. De legib. & qua ibid. tradit. Jason. num. 17. Nec enim juris prohibitiæ licet simplex, effectu carere

debet, can. Vides distinct. 10.  
Interim nonnullis casibus ab hac Regula distinguitur: veluti in matrimonio contracto post simplex continentia votum, cap. rursus 6. Ext. Qui Cler. vel vorcent. & cap. unico. De voto & voti redempt. in 6. vel contra interdictum Ecclesiæ, tit. Ext de matrimon. contracto contra interdict. vel cum neophyta, id est, cum ea, quam quis ante Baptis-

Dddd

mum